Quelle: http://manuscripta.at/?ID=32
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



estote parati quia qua hora non putatis filius hominis ue
niet. ℣ Hoc est testimonium quod perhibuit Iohannes qui
post me uenit ante me factus est. ℣ Quomodo fiet istud
angele dei quia uirum inconcipiendo non pertuli au
di maria uirgo ecce spiritus sanctus superueniet in te
& uirtus altissimi obumbrabit tibi. ℣ Dabit illi dominus
sedem dauid patris sui & regnabit in eternum. Sabbo
Ant Omnis uallis implebitur & omnis mons & collis
humiliabitur & uidebit omnis caro salutare dei.
O sapientia que ex ore altissimi prodisti attin
gens a fine usq; ad finem fortiter suauiter dispo
nensq; omnia uenite ad docendum nos uiam pruden